tiæ 1492 partem ejus aliqvam detexit, omnium primus conſecutus jam diu viſus eſt. Nec minorem Americus Veſputius Florentinus, qvi qvinto poſt anno auſpiciis Emanuelis Portugalliæ Regis eam ingreſſus eſt, imò etiam majorem reportavit. Sunt tamen, qvi partium ejus inventionem prioribus ſeculis ſibi arrogant: Veneti np: fratres, Nicolaus & Antonius cognomento Zeni anno Chriſti 1380, ultimô Norvegiæ Regis Haconis, in ordine nominis, ut ille haberi voluit, ſexti, revera ſeptimi; & ante illos duobus retrò ſeculis, Madochus filius Gvineth, Principis Valliæ frater, qvi circa annum 1170 colonias in Canadam & Floridam eduxiſſe traditur. Ex præſenti autem opuſculo manifeſtum erit, neminem horum (etiamſi ea, qvæ de Zenis traduntur, ve-